

Interpretes nostri in servitute esse & servum esse; illud facti hoc

vat, qui non profiteretur censum; & idcirco professione censui quid mirum est permittente domino libertatem justam acquiri servo? De cetero in predicti manumissionis modi locum surrogata censetur manumissio, quæ in Ecclesiâ expediri solebat, de quâ ante dictum V. Hillig. Donell enucl. lib. 2. c. 16. tit. G. Dn. Struv. synt. jur. civ. ex. 49. tb. 39.

vel minus so-
lenni cog,
vel inter vi-
vos iterum
vel inter a-
micos
vel per epi-
stolam
vel ultimâ
voluntate.

XXVII. Facto manumissionis solenni succedit minus so-
lenni. Id quod iterum *Vel inter vivos vel ultimâ voluntate* expedie-
batur. *Inter vivos vel inter amicos*, quandoq; scil. inter cæteras hi-
laritates servos sedulos maximè & bonæ frugi Domini in convivio
instigato manumittere solebant: *vel per epistolam* à Domino &
quinq; testibus subscriptam l. unic. §. 1. C. de Latin. lib. toll. *Ultimâ*
voluntate seu testamento aut codicillis testamento confirmatis li-
bertas relinqvebatur *vel verbis directis vel obliquis*. *Directis*, quando
Testator vel verba ad servum direxit vel directò sine ullâ alterius
ope aut circumsione liberum esse jussit: & ita manumissus orci-
nus (non orthinus, ut legere amat. Alciat. lib. 1. prætermiff. ac si
ὁρθῶς i. e. rectè manumissus fuerit, cum aliud sit rectâ aliud rectè
manumissum esse, & Græci insuper non ὁρθῶν sed ὀρθῶν Legant,
Fr. Conan. comm. jur. civ. lib. 2. c. 4. n. 5.) ab orco dicebatur. §.
2. Inst. de sing. reb. per fideic. relict. l. 10. de testam. manum. l. 1. §. 4. C.
de latin. lib. toll. vel quia ab eò manumissus qui jam in orci familiam
adscriptus & peculio proserpinæ consumeratus est Cæli. Rhodig.
lib. 10. antiq. lect. c. 10. vel quia manumissor ipso manumissionis
& libertatis competentis tempore nullus & mortuus est, Anton.
Faber., Jurispr. 5. pr: 2 ill. 20. Appellatur quoq; ita manumissus fa-
milias libertus in l. 48. π de man. test. quia licet alium quam orcum
quem testa Gell. noct. Att. lib. 1. c. 24. pro defunctò veteres dix-
erunt, patronum non agnoverit, ad familiam tamen defuncti perti-
net l. 3. §. 3. π de legit. Tut. Petr. Gregor. synt. jur. univ. lib. 14. c. 7. n. 11.
Cajac: obs. lib. 1. c. 2. *Obliquè*, aut precariis verbis manumissus ejus
fiedat libertus cujus fidei suam ipse debebat libertatem. l. 7. C. de fi-
dei com. libert. Nec servo tantum proprio sed alieno quoq; liberta-
tem hoc modo conferri posse ex l. 16. π. de fideicom. libert. l. 6. C. eo.
patescit. V. Dn. Struv. synt. jur. civ. ex. 40. tb. 46. Et in hoc ipso præ-
ceteris libertas directa à fide commissaria differt, quod illam ser-
vo tantum suo non autem alieno Dominus relinqvere potuerit l. 9.
C. de Test. manum V. Perez præ l. ad Cod. sit. de Testam. manum. Nec de-
sunt